MISSALE PRAGENSE

Prag/Strachov, 2. Hälfte 14. Jh.

Seite 196r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8308
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

et nos immutabimur.
Oportet enim corrup-
tibile hoc induere
incorrupcionem; et
mortale hoc induere
immortalitatem. Cum
autem mortale hoc in
duerit immortalitatem;
tunc fiet sermo qui
scriptus est. Absorta
est mors in victoria
Ubi est mors victoria
tua? Ubi est mors
stimulus tuus? Sti
mulus autem mortis
peccatum est; virtus vero
peccati lex. Deo autem gratias
qui dedit nobis vic
toriam per dominum ihesum christum

dominum nostrum. Gr.
Si ambulem in medio
umbre mortis non time
bo mala quoniam tu me
cum es domine. V.
Virga tua et baculus
tuus ipsa me consolata
sunt. Tractus Sicut
cervus desiderat ad fon
tes aquarum ita desiderat
anima mea ad te deus V.
Sitivit anima mea ad
deum vivum quando veniam
et apparebo ante faciem
dei mei. V. Fuerunt michi
lacrime mee panes die
ac nocte dum dicitur michi per
singulos dies ubi est deus tuus.
Secundum Johannem.